Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36815
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

79

maxime duplicitatis uitia. G. Iohanni episcopo primę iustinianę illirici L y e a.
Manifestum bonitatis. Pallium uero ex more transmisimus. et uices uos ap
ostolicę sedis agere iterata innouatione decernimus. admonentes
ut ita uos circa subiectos debeatis exhibere placabiles. ut rectitu
dinem uestram diligere prouocentur potius quam timere. Item. Nomen uos
pastoris non ad quietem sed ad laborem suscepisse cognoscite. Si quis ad
clericatus ordinem uel potiore forte gradu promoueri exigerit. non premiis
aut precibus sed meritis ordinentur. In nulla ordinatione fraternitati uestrę
commoda qualibet modo surripiant. ne laqueis symoniacę quod absit he
reseos illigetur. G. Venantio episcopo lunensi L y e a. Relecto textus. Statu
imus diaconem et abbatem quem de portu ueneris indicas cecidisse ad
sacrum ordinem non debere uel posse aliquo modo reuocari. Quem quidem sacro
ordine priuatum in penitentia te deputare conuenit. Cuius si postea
actus conuersatioque meruerit. priorem inter alios monachos. ubi tu tamen
decreueris standi locum obtineat. Subdiacones uero quos similis cul
pa constringit. ab officio suo irreparabiliter depositi. inter laicos com
munionem accipiant. In portu autem ueneris in loco lapsi diaconis
alium qui hoc officium implere debeat ordinabis. Saturninum uero presbyterum
ut numquam ad sacri ordinis (ministerium) presumat accedere. scriptis cauere
decreuimus. sed eum in insula gorgana atque capraria sollicitudines de
monasteriis gerere. et in eo quo est statu sine cuiusquam aduersitate ma
nere permittimus. G. Constantio episcopo mediolanensi L y e a.
Si lapsis ad suum ordinem reuertendi licentia concedatur. uigor canoni
cę procul dubio frangitur disciplinę. dum per reuersionis spem prauę acti
onis desideria quisque concipere non formidat. Fraternitas siquidem uestra nos
consuluit si amandinum ex presbytero et abbate qui a auro (?) decessore culpa ex
igente depositus. in eum quo fuerat ordine constitutus debeat reuocari.
Quod quidem nec licet. nec fieri posse aliqua ratione decernimus. Cuius
tamen si conuersatio forte meruerit. sacro preter omnia sicuti est priuatum officio
in monasterio eum ante alios ut prouideris monachos ordinare. Illud
quoque pre omnibus studere ut lapsos in sacrum ordinem nullius nobis supplicatio
aliquomodo reuocare suadeat. ne huiusmodi non statuta. sed temporaliter
dilata credatur esse uindicta. Vitalianum uero ex presbytero de quo scribitis ut
districte debeat custodiri. in siciliam dirigi fecimus. ut spe disceden
di ablata. in penitentię se saltem (uel sub) lamenta constringat. Iobinum